Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-300732-p0001-3

1. Bock / Friderici Samuelis / diss. de Notione Immensitatis Dei amplificanda Contemplatione magnitudinis Mundi. Regiomonti 1766. Autor G. C. Reccard.
2. Bode / Christophorus Augustus / Protevangelium Geneseos Cap: III vers: XV. Helmstadii 1763.
3. Boehmer / D. Philip Adolph: / programma, de Christo filio Dominici, Halæ 1765.
4. ——— programma, addita est illustratio addita est: illustratio Loci 1 Corinth: XV. vers: 51, Halæ 1766.
5. ——— programma in Commentationem ad illustrationem Actorum Apostolorum, 1766.
6. Büchner / D. Andreæ Elia: / programma in diem natalem Christi, Halæ 1768.
7. Carrach / Joh: Tob: / programma paracleti Appellatione Spiritui Sancto tributa, Halæ 1764.

26a

# PASTORES BETHLEHEMITICI,

GENETHLIACVM POETAE NOSTRATIS (*) MELICVM,

# CHRISTO PASTORI EX STIRPE DAVIDIS

*S.*

*Strophe 1.*

Sic peſtis horridis in vmbris reptitans
 Non amplius graſſabitur.
Non ſolis aeſtus torridus ſparget necem,
 Venena, funeſtam et luem.
Jehouah peruolans olympi ſidera
 Cernit beatius genus.
Tonat nec eius dira currus ferreus,
 Adſtans ſupra caput Cherub.
Nos blanda maieſtatis ara reficit,
 Melos canamus ſupplices:
Jehouah coelitum thronum occupat pater;
 *Schiloh* ſuas ducet greges.

)( *Epodos*

(*) Alteram, quia licet, carminis ſuauiſſimi Ramleriani damus partem, promiſſis anni praeteriti ſtantes, eodem fere verſuum genere, paſſim autem licentia lyrica pro ſubſtrata vſi materia.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-300732-p0003-4

*Epodos* 1.

Nate, Iudae pulchra proles!
Creſce! creſce!
Totus orbis, qua pateſcit,
Fiat vt mox plena coelo
Terra ſancta.

Pſalle mute! claude ſalta!
More cerui per vireta.
Flecte noſtros ſurde! cantus,
Cernat vniuerſa coecus,
Abſit omnis plaga laedens, omnis angor exulet!

Nate, Iudae pulchra proles!
Creſce! creſce!
Totus orbis, qua pateſcit,
Fiat vt mox plena coelo
Terra ſancta.

*Strophe* 2.

Hem! quid vides? — Expergeſit ridens puer,
In ore nimbus emicat.

Vultus-

Vultusque Numen prodit auguſtum. — Euohe!
Deus! Deus!
Quantus Deus! calcat Magogi viſcera,
Talosque tingit ſanguine:
Ruunt rebelles in Stygis voraginem
Noctis vetuſtae ſpiritus.
Patens abyſſus Daemones condit ſinu,
Ac his receptis clauditur.
Pura integro iam ſecla fluunt ordine,
Quidquid creatum eſt iubilat.

*Antiſtrophe.*

Non filium, quem terra gignit putrida,
Non labe foedum homunculum,
Aſt vnicum ſatum Tonantis filium
Diuinitatis ex ſinu
Supremus indicans *Eloah* Seraphum
Nobis, tenente Arcto polum.
Humi pauentes ſtrati in vmbris roſcidis
Minans quid exhorreſcimus.
Nos protinus circum nitor reſplenduit,
Fuſusque ſupra paſcua,
Coeleſtiumque coetus ingens lucidus
In nubibus ſtetit canens.

Epodos

*Epodos* 2.

Si, quouſque vita gliſcit,
    Excidet menti hymnus iſte,
Haereat ſilens palato lingua labris marcidis.
    Ergo carmen intonate
    Coelitum, quo noſter heros
Et recens vocem redemtor natus echûs audiat!

*Chorus.*

Gloria! Gloria! Gloria!
In excelſis Deo!
Pax ſuper terras,
Fauorque pro mortalibus!

FER. CHRISTI NATALIT.
CIↃIↃCCLXVI.

L.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-300732-p0006-1

78 L 1708

ULB Halle 3
002 390 507

Sb.

Hi. 100.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-300732-p0007-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-300732-p0008-2

26a

# PASTORES BETHLEHEMITICI,
## GENETHLIACVM POETAE NOSTRATIS (*) MELICVM,
# CHRISTO PASTORI EX STIRPE DAVIDIS
## S.

*Strophe* 1.

Sic peſtis horridis in vmbris reptitans
Non amplius graſſabitur.
Non ſolis aeſtus torridus ſparget necem,
Venena, funeſtam et luem.
Jehouah peruolans olympi ſidera
Cernit beatius genus.
Tonat nec eius dira currus ferreus,
Adſtans ſupra caput Cherub.
Nos blanda maieſtatis ara reficit,
Melos canamus ſupplices:
Jehouah coelitum thronum occupat pater;
*Schiloh* ſuas ducet greges.

)( *Epodos*

(*) Alteram, quia licet, carminis ſuauiſſimi Ramleriani damus partem, promiſſis anni praeteriti ſtantes, eodem fere verſuum genere, paſſim autem licentia lyrica pro ſubſtrata vſi materia.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-300732-p0009-1